Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1228
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



81

Numquid syon dicet homo: et homo natus est in ea: et ipse fundauit eam altissimus. Dominus narrabit in scripturis populorum: et principum horum qui fuerunt in ea. Sicut letantium omnis habitatio in te.

Domine deus salutis mee: in die clamaui et nocte coram te. Intret in conspectu tuo oratio mea. in cliua aurem tuam ad precem meam. Quia repleta est malis anima mea: et uita mea in inferno adpinquabit. Estimatus sum cum descendentibus in lacu. factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Sicut uulnerati dormientes in sepulchris: quorum non es memor amplius: et ipsi de manu tua repulsi sunt. Posuerunt me in lacu inferiori in tenebrosis et in umbra mortis. Super me confirmatus est furor tuus: et omnes